Quos opus hoc libros teneat cognoscere si vis:
Et quid quisq; tonet: subscriptos plege versus.

Cesaris imperio famulef romulus orbis:
Et paribus studijs sub materialib⁹ armis
Miles teutonic⁹ sibi seruiat atq; latinus:
Augens rempublicam consueto robore nostram.
Ast ego vir tenuis non vtens talibus armis:
Perpetuis votis cum fratrib⁹ odilo nostris
Augusto opto meo deuotus tempore cuncto:
Vitam virtutem pacem simul atq; salutem.
Et ne cum pacis sibi bella gerēti inimicis
Semper amans ocij videar minus auxiliari:
Offero de nostris quoq; spiritualibus armis
Munus perparuum: sed eorum mētibus aptum.
Militie sacre decorat quos balthe⁹ ille:
Christus discipulos quo iussit cingere lumbos.
En tibi quesitos iam dudum diue libellos:
Implens promissum: collegi corp⁹ in vnum:
Unius ore viri quos spiritus inclytus auctor:
Obtulit ecclesie: diuo pro munere matri:
Que sine fine suis eterno prospicit vsu.
Deniq; bissenos presenti corpore libros
Aspicias queso: sequitur q̄ cōgruus ordo.
Primus habet: monachis habitus quis debeat esse.
Regula psallendiq; modus datur inde secundo.
Tertius hoc iterum describit plenius ipsum.
Informatq; nouos per singla quartus alumnos.
Octo quidem reliqui quos cernis adhuc superesse:
In se concludūt numerum totidem vitiorum:
Persequiturq; suum proprio syntagmate monstrum
Unusquisq; liber: dans quid sit cui ve cauendum.
Nos collata patrum celebri sermone priorum
In duplici forma comitant⁹ bis duodena.
Horum quodq; tibi quid honestus conferat audi.
Primus enim moyses in primis scire duobus
Dat: q̄ sit destinatio: debeat aut fore finis:
Discreteq; iubet super omnia viuere fratres.
Pafnucius monachum docet inde relinquere mundum.
Corporis illecebre daniele dicente resiste.
Serapion iterum notat octo lues vitiorum.
Sanctorū loquitur de morte theodorus abbas.
Carpitur improbitas sathane vagamenseq; Sereno:
Et de spiritibus traduntur multa sinistris.
Hortatur fratres Isaac collatio bina:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Orandum pure cum cordis simpli/
citate.
Quid sit perfectum: quid castum:
quidve parari
Seruariq; deo valeat custode: do/
cemur
Collatis trinis preceptoris chere/
monis.
At summi veri diuina cognitione:
Deq; charismatibus confert tibi ne/
steros abbas.
Dictat amicitie Joseph firmissima
iura:
Monstrans preterea que diffinitio
vera.
Ast genera hinc pyamon tria prose/
quitur monachorum.

Uite cōmunis ꝺ̄ fine vl' anachoreꝝ:
Colloquitur salubris collatio mul/
ta ioannis.
Crimina purgandi cōdis precepta
pynufi.
Uiuere maiori venia quinquagesi/
mali
Tempore: cōcedit theonas: absol/
uit ⁊ illud:
Accedāt nobis qua re phantasma/
ta noctis:
Et cur sepe malum quod nolumus
hoc operamur.
Concludunt omnes seniorum tra/
ditiones.
Sermones abrahe: de carnis lege
domande.